



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs  
Perutilis**

**Gilbertus < Tornacensis >**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

## TRACTAT.

25

legitur eis hoc Euangelium : Ego quod le-  
sum pastor bonus. In quo pleniū edo gitur pri-  
centur, quod eorum est officium: Pa ma die in  
stores enim sunt animarum: in cu Synodo.  
loan. 10.  
ius figura, requisiti filij Israël, quid  
haberet operis hoc mysterium in  
Genes. responderunt in præsentia Gen. 46.  
Pharaonis: Pastores, inquiunt, ou-  
um sumus, & serui tui, & nos & pa-  
tres nostri. Et bene pastor, à pascer  
do enim dicitur actine.

## CAP. IX.

**S**ecunda die legitur eisdem hoc De Euan-  
gelio qd'  
Euāgelium: Vos estis sal terræ. legitur  
vel illud: Estote misericordes, pro die secun-  
vario usū ecclesiarum. Sal igitur da.  
appellati sunt Sacerdotes, ut condi- Matt. 5.  
ant virtutibus, & exsiccant à vitijs Luc. 6:  
aliorum mentes. Sal enim naturam  
habet conditiam, teste Job 6. Non  
enim potest comedи insulsum quod  
non est sale conditum, & putredi-  
nis corruptiua. Unde & sale im-

B S missio

## 26 DE OFF. EPISC.

4. Reg, 2. missio ab Helisæo , sanatur in aquis  
corruptio . Notandum est autem  
quod in illo Euangelio quadruplex  
proponitur eis similitudo ; salis , &  
lucis , ciuitatis supra monte positæ,  
& lucernæ super candelabrum si-  
tæ. Sinit igitur sal , ut animas con-  
diant ad incorruptionis sanitatem:  
lux , ut illuminent ad cognoscen-  
dam veritatem : Ciuitas , ut acqui-  
sitios ab hostibus defendant : lucer-  
na ardens , ut defensos ad amorem  
diuinitatis accendant . Terribile ta-  
men est satis , quod si sal euannerit ,  
quod fit quando liquefit , hoc est ,  
quando resoluitur , quando videli-  
cet humidum & frigidum domi-  
nantur : timor aduersitatis , quo cor-  
da gelantur , hoc est , amor prospiri-  
tatis , quo exmaniuntur . Quod si fi-  
at in quo salietur ? id est , in quo popu-  
lus instruetur ? Ad nihil enim valet  
ultra , nisi ut mittatur foras , & can-  
culce-

## TRACTAT.

27

culcetur ab hominibus, quia sāle exi  
nanit. nihil valet ultra. Nā sicut in  
Luca dicitur, neq; in terra, neq; in  
sterquilinio utile est. Non terrae va  
let, quam germinare prohibet: Non  
sterquilinio, quia fœcūdare nō sinit.  
Sal igitur exinanitū nihil valet ex  
defectu gratiæ, foras mittitur ex a-  
missione gloriæ, conculcatur ex in-  
flictione pœnæ.

Luc. 14

## CAP. X.

**T**ertia verò die legitur Euangeliū De Euan  
illud: Designauit dominus, & ali gelio, qd'  
os 72. discipulos: in quo admonētur legitur  
sacerdotes de zelo prædicationis, de tertiadi e  
amouendis vitys cupiditatis, de p-  
curādo bono pacis: de quibus satis in  
sermōe primo tetigimus, ideo super-  
sedemus. Hoc tamen notandū, quod  
in his & in alijs varius est usus in di-  
uersis ecclesys, secundum quod citi-  
us expediuntur, aut tardius negotijs  
pertractatis.

B 6

CAP.